mesticd, nunc habitd et in post habendd, dedit, dotauit, totalitiauit, inscripsit, et reformauit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit, et reformat præsentibus per ipsam Nobilem Anastasiam Jaworska Sui Recognoscentis Consortem legitimam et ipsius posteros, eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum Vniuersis ipsis Vtilitatibus, et Vsufructibus, competentiaqz et prærogatiua quauis tenendi, habendi, et possidendi, illisqz quiete et pacifice Vtifruendi, ac ad Vsus suos et suorum Successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi Vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniæ obseruari solitarum.

Podhorodecki Statuet Consortem.

1064

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Nobilis Hiacynthus Podhorodecki Romanczyc Sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusqz suis quibusuis proprijs et competentibus, recedendo, præsenti Vero Castrensi Capitaneali Iurisdictioni quo ad actum præsentem attinet se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atqz subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognouit. Quia ipse se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisqz quibusuis pecuniarijs habitis et habendis Nobili Hrehorio Jaworski Coliz inscribit et obligat præsentibus

9082

+

Nobilem Anastasiam Jaworska Nobilis olim Alexandri Jaworski Geltez cum Nobili Marina Lomnicka Consorte eius legitima procreatam filiam suprascripti Nobilis Hrehorij Jaworski sororem germanam sui vero Recognoscentis Consortem legitimam Vel in euentu mortis successores illius ad faciendam et recognoscendam per ipsam de bonis Paternis et Maternis ipsam in Vim dotis et expeditionis legitime concernentibus aduenunciationem, ad Acta quaevis authentica Regni Vim et robur perpetuitatis in se habentia infra decursum Duodecim Septimanarum cum personali sui Recognoscentis assistentia adducere et personaliter statuere ab eaque Vel in euentu mortis successoribus illius Vt praemissa exequantur efficere. Idque sub Vadio summae Centum Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem siue eius posteros suprascripto Nobili Hrehorio Jaworski Vel eius successoribus ob non statutionem eiusdem Consortis sua statuendae, Vel in euenta mortis successorum illius pro tempore et loco superius expressis ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad soluendum succubito ac pro re Aliqua principali ex praemissis non Completa Complenda praefataque consorte sua non statuta statuenda Citatus existens memoratus recognoscens Nobilis Hiacynthus Podhorodecki siue eius successores Ad Instantiam praefati Nobilis Hrehorij Jaworski Vel eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense ex tunc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere, Vadium praefatum luere

Inscriptioni

Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione, intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusuis, dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos effirij praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Euasionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris, praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Iaworski et Krzeczkowski mutuo inter se Roborant

1065

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Ioannes Iaworski Perkowicz ab una et Nobilis Ioannes Krzeczkowski parte ab altera sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis suis et Compet